STEPHANI

FORCATVLI THOLOSÆ LEGVM PROFESSORIS LONGE DOCTISSIMI, ET INTER NOSTRI TEMPORIS INTERPRETES ACVTISSIMI

OPERA AB EO ITA RECOGNITA ET AVCTA,

Vt ſi cum prioribus ſeparatim editis conferas, non eadem, ſed noua plane videantur. præterea ſeptuaginta plus dialogis ac aliis commentariis, qui hactenus in lucem non prodierunt, ab ipſo authore locupletata.

Acceſſit duplex index, prior eſt legum in his operibus explicatarum, poſterior materiarum longe uberrimus, quibus varius & multiplex tantorum lucubrationum fructus facilius decerpere lector queat.

PARISIIS,
Apud GVILIELMVM CHAVDIERE, via Iacobæa, ſub Temporis inſigni, & hominis Siluestris.
M. D. XCV.
Cum priuilegio Regis.

1º
17796
Num. 48. cax. 7.
Num. 5.
BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA

ILLVSTRISSIMO VIRO

ACHILLI HARLAIO, SENATVS PARISIENSIS PRINCIPI, ET SECRETIORIS CONSILIJ Conſiliario, Franciſcus Forcatulus, D. Stephani Forcatuli nepos à fratre, hæréſque, in Seneſchallia Carcaſſonæ, & Bliteræ Regius Procurator.

S. D.

L*VTETIAM profectus, quo me malæ lites appulerunt percurri Librariorum ſcrinia, ibique, Vir illuſtriſsime, non ſine luctu repperi Stephani Forcatuli patrui mei vigilias nōdum excuſſas, puluere araneiſque obductas, ciuilis belli ſtrepitus terrore latentes putares, quibus tamen abſtinent tineæ, quaſi ſuo fato huic operi datum ſit, ne putreſceret. Quid latet (inquam) lepidus nouus libellus? quid? Cereris reſerata myſteria; iuriſque pridem extricatæ diſputationes non emergunt? ciuilis ſeditionis horror oppreſſus, firmum imperium, vbique*

Pax atque Aſtræa refulget.

& quæ nouiſsimè inter arma ſilebant leges, mutata ratione & modo, conclamant iterum altiore voce, & inter tacentes armatos pœnas admiſsi facinoris efflagitant. Prodeant ergo Forcatuli lucubrationes, iam tempus: imo ab Elyſiis veluti poſtliminio redierit Forcatulus, volitet viuus per ora virùm. Sed quia id præſtari abſque ſalutari aliquo numine minime poteſt, adſis tu, Vir illuſtriſsime, qui Mercurij vice manes euoces, vt quæ olim Iura Academiæ Tho-

TOTVM HOC STEPHANI FORCATVLI

OPVS DIVIDI VIDETVR IN DVAS PARTES,

in priore parte hæc continentur.

Necyomantiæ ſiue occultæ iuriſprudentiæ tractatus in centum viginti quinque dialogos diſtinctus.

Sphæræ legalis dialogus vnus.

Cupido iuriſperitus, in viginti duo capita diuiſus.

Penus Iuris Ciuilis, ſiue de alimentis capita triginta continens.

Auiarium iuris ciuilis in ix. Capita partitum.

In poſteriore parte hæc habentur nunquam hactenus edita.

Commentarius in titulum de iuſtitia & iure lib. 1. Digeſtorum.

Tractatio dilucida rei criminalis in quatuor digeſta partes.

Commentarius nobilis in iura feudorum.

NEKYOMANTIA STEPH. FORCATVLI IVRISCONSVLTI,

SIVE,

De Occulta Iuriſprudentia, Dialogi.

In quibus excitati Magicis artibus Iuriſconſulti, leges varias atque ſelectas nouè, verè, & euidenter explicant.

OBSERVATA IN PRIMVM DIALOGVM.

1 *Quænam ſint dextræ partes mundi, aduerſus Ariſtotelem & Bartolum.*

2 *Sol Oriens Occidente dignior eſt, & quid ſit ſolem aſpicere in iure.*

3 *Legatum hoſtium pulſare, nefas eſt iure gentium, modo in habitu digno ſit.*

4 *Orator à legato an differat, & legati inſignia & ſecuritas.*

5 *Inijcere terram mortuis, quid ſit.*

6 *Lucus vnde dicitur, & an ſit in eo antiphraſis.*

7 *Vbi lucus eſt, ibi religio aliqua olim putabatur.*

8 *Intellectus l. id quod. §. fi. ff. de peric. & comm. rei.*

9 *Cupreſſus arbor ſepulcralis, cur cædi lege prohibetur.*

10 *Intellectus l. j. de cupreſſ. lib. xj. C.*

11 *Ceruæ duæ candidæ apparuerunt, quid iure capientis non fierent.*

12 *Legum origo quando fuit: & earum ſeries longa traditur.*

13 *Quis primus ciuitatem condidit, & an leges dederit.*

14 *Ceres legum inuentrix ante Moſem ipſum.*

15 *Geminum, ſ. cur Digeſtorum nota ſit.*

16 *Notis olim vſi iuriſconſulti.*

17 *Leges xij. tabul. in ebore primum ſcriptæ.*

18 *Solonis leges in ligno.*

19 *Nerua iuriſc. xvij. ætatis anno mirus.*

20 *Deus etiam fœminas olim doctas.*

21 *Lex regina rerum etiam diuinarum.*

22 *Dij puniti in tartaro & in cœlo.*

23 *Lex ſummo Deo non præficitur.*

24 *Quid ſit fatum, & de fato nonnulla.*

25 *Intellectus l. ij. C. quæ ſit long. conſuet.*

26 *An intra ciuitate ſepelire liceat, iure ciuili.*

27 *Cenotaphium quid ſit, & an ſit religioſum.*

28 *Interpretatio l. inſtantum. §. ſi. & l. ſed diuus ff. de rer. diuiſ.*

29 *Solonis ſepulcrum, & aues Memnoniæ.*

30 *Natalem defunctorum diem celebant antiqui.*

31 *Intellectus l. cum quidam. ff. de annu. leg.*

32 *Variorum iuriſconſultorum ſepulcra, & de buſtis quapiam.*

33 *An inſcripta ſepulcris diſſonant.*

34 *Intellectus l. vel quæ §. liberti ff. de relig. & l. monumentorum. C. eod.*

35 *Vbi caput inhumatum eſt, ibi verum eſſe monumentum.*

36 *An rectè dictum ſit proœ. Inſtit. maieſtatem armatam legibus.*

37 *M. Sempronius Iuriſc. magiæ tabulas poſuit, tum de herbis multa ad eas pertinentia.*

38 *Spiritu myſterijs magicis apta.*

39 *Vnde necromantia & necyomantia dicantur.*

40 *Vis Magiæ & carminum maxima.*

41 *Traducere fruges quid ſit Virgilio, & quid ſint traduces in iure.*

42 *Magiæ euentus deſcribitur, & Iuriſconſultorum collocutio.*

INTERLOCVTORES.

CALLIDEMVS, & HEPHÆSTION.

MIRARI ſoles, ô Hephæſtion, quòd ego iuriſperitus heri natus, & vix iuriſprudentiæ ſacris initiatus, graues iuris ciuilis locos, eruditè ſupra ætatem enarrare ſoleam, eóque nomine magnam apud te videor iniuiſſe gratiam. Ego verò ingenuam iſtam benignitatem, qua præditus es, multis nominibus habeo commendare: quod non obeſſe credis doctis hominibus, quia viuunt. & vtique is pluribus abundat virtutibus, qui adeò alienas admiratur. Cæterum, ne quid ego taceam amico non vulgari, non eſt, quòd mea eruditionem mireris diutius: cùm ad eam, non magis labo-